

gentis: radicem prægrandem, rotundam, candidam, cortice tenui vestitam. Colligitur, dum maturefcit, & succus exprimitur ficcaturq; in umbra, Radix quoq; mellebus effoditur, elotaq; particulatim conciditur, & funiculo transfixa ficcatur in umbra. Vis ei calfaciendi cum diluta vini potione. Crudam, coctamve cum melle delingi prodest contra orthopnœas, rupta, convulsa, tussim & destillationes: pota cum vino venerem stimulat: ulcera, quæ cacoethe vocantur, atq; phagedænica expurgat, præsertim cum vite alba: ex ea, & melle collyria ad fistulas, & partus evocandos componuntur: ad vitilignes cum melle, efficaciter illinitur: polypus & carcinomata absumit. Succus ad oculorum medicamenta, item contra nubeculas, caliginem, albuginesq; effectum præbet. Herbæ, radicisq; odor teneros conceptus abortu viat: item si triginta grana ejus in posca bibantur. Sunt qui ejus succum cum oleo, aurium doloribus infudere: quinetiam folia, utpote quæ adstringant, vulneribus recentibus imponere, & cocta in vino perionibus, Qui folia manibus affricuerit, aut radicem exemerit, polle à vipera ferri inficiantur.

Δρακοντίς μικρά.

DRACUNCULUS MINOR.

CAP. CLXI.

Dracunculus minor folio constat hederaceo, magno, candidis notis insigni: caule recto, bicubitali, vericoline, maculis resperfo purpureis, ita ut anguem planè referat, baculi crassitudine: fructus summo caule racemarim cohæret, colore primum herbaceo, & cum ematuruit, croceo, gustu fervens, mordaxq; radice aliquantulum rotunda, bulbosa, aro non abfimili, tenui obducta cortice. ^{a Meum} Nascitur in ^{φάρμακον} sepibus umbrosis. Seminis succus cum oleo instillatus, aurium dolorem mitigat: naribus etiam ex lana impositus, polypum absumit: carcinomata illitu sistit: triginta ejus grana, si in posca bibantur, abortus inferunt. Odorem ajunt, postea quam flaccidi flores emarcuerunt, conceptus adhuc teneros enecare. Radix ex-^α calfacit: orthopnœis, ruptis, vultis, tussis, destillationib. auxiliatur: humores pectoris excreatu faciles reddit, siue cocta tostaq; cum melle, aut per sese edatur, siue farina ejus ex melle delingatur: urinam pellit, venerem excitat, cum vino pota: phagedænas ulcerum, & quæ cacoethe vocantur, trita cum melle, & bryonia alba expurgat, & ad cicatricem perducit: collyria ex ipsa ad fistulas, & ejiciendos partus fieri solent: qui radice sua manus perfricuerunt, à viperis ferri negantur: illita ex aceto vitilignes emaculat. Folia recentibus vulnerib. linamentorum vice, convenienter imponuntur: decocta in vino perionibus apposuisse prodest. Casus folius involutus, à putredine defenditur. Succus radicis ad nubeculas, albugines & oculorum caligines convenit. Radix cocta, crudave ad sanorum usus, pro olerè recipitur. In Gymnelis insulis, quæ Baleares vocantur, coctam radicem cum melle mulco, in conviviis placentarum loco offerunt. Radix mellebus effoditur, elotaq; frustatim conciditur, & lino trajecta, ficcatur in umbra, & ita reconditur.

I. DRACUNCULUS
major.

II. DRACUNCULUS
minor.



Licet in vetustis quibusdam Dioscoridis codicibus majoris minorisq; Dracunculi historia speciatim divisa capitibus ad-^{Dracun-} notata reperiat: attamen cum altera ab altera parum distidere videatur, cumq; etiam Galenus, Paulus & Serapio, ^{culorum} qui in simplicium materia Dioscoridem ad unguem secuti sunt, ejusq; dicta bona fide retulerunt, unius tantum Dracun-^{consider-} culi meminerint: non ab re credidere recentiorum nonnulli, horum alterum ex alterius auctoris officina produsse, & alicujus ^{P p} ^{curiosi}

III. DRACUNCULUS AQUATICUS.

Dracunculus major.

Dracunculus alter.

Dracunculi species ex Plinio.



Theoph. de Dracunculo.

Dracunculi vires Matth.

Dracunculi vires ex Galen.

Dracunculus tertius Plinii.

Qualitas.

Dracunculus hortensis.

ro generis meminit ipse in sequentibus lib. 25. cap. 2. cum inquit: Eadem Lusitania provincia cognovit agro hostis nuper ibi repertum Dracunculum appellatum. caule pollicari crassitudine, versicoloribus viperarum maculis, quem ferebant contra omnium morsus esse remedium. Alii sunt, quos in priori volumine ejusdem nominis diximus: sed huic alia figura. Aliudque miraculum exeuntis e terra ad primas serpentium vernationes bipedali fere altitudine, rursusque cum in terram se condentis: nec omnino occultato eo apparet serpens: hac Plinius. Huc etiam accedat Theophrasti auctoritas, qui lib. 7. cap. 11. de plant. hist. Secundum Dracunculi genus inter Ari genera constituit, his verbis: Dracunculi autem radix (sunt enim qui genus quoddam Ari Dracunculum appellant, quod ejus raulis varietatem habeat quandam) cibo inepta penitus est, & medicum tantum commoda. Ex his igitur, & Plinii verbis perspicuum omnibus fieri puto, plura esse Dracontii sive Dracunculi genera, ut etiam Venetiis oculata fide comprobari potest, in horto Clarissimi medici Mappei à Mapbeo. ubi prater Arum duo virent astate Dracunculi genera. Radicis farina duarum drachmarum pondere ex melle sumpta, pituitam tam crassam, quam tennem, per inferna ducit, & renes expedit, & praesertim ex urarum passarum cremore, & mastiches momento sumpta. Recens radix ferventi cinere tosta & illita, dolorificas & tumentes hemorrhoides curat. Resolvit illita scirrhusos tumores, strumus & charadas, & lienis duritiem emollit. Eadem absterguntur cutis maculae quaecumque. Cum melle & caprino simo illinitur utiliter podagricis, nervorumque, contusionibus. Supposita menses morantes trahit. Dracunculus, ut Galenus testatur reliquit lib. 6. simpl. medic. quiddam Aro per simile obinet, tum foliis, tum radice: ceterum ille tum acrius est, tum amarius: ac proinde calfactorium magis, & tenuioribus partibus. Habet etiam levem quandam adstrictionem, quae quandoquidem cum praedictis duabus qualitatibus, acris scilicet & amara, conjuncta est, medicamentum factum est utique, maxime efficax. Nam radix viscera omnia expurgat, crassos potissimum, & lentos succos extenuans: optimumque, remedium est contumacium ulcerum, quae nonnulli nuncupant: hac Galenus. Ceterum de Dracunculo differens Mesues inter cetera simplicia medicamenta, quae dejectoria vi possent, scripsit, eo hausto dejecti e corpore pituitam. Qua in re à Manardo acriter reprehenditur: quippe quod ubi dixerit Galenus, ac etiam Paulus ipsum secutus, Dracunculum omnia corporis viscera expurgare, non quod dejecti, id agere intelligunt, sed quod obstructions aperiat, crassam pituitam attenuet, & vasa detergat. Est & aliud DRACUNCULI genus, quod quidem tertium apud Plinium, cum Eufasio viro doctissimo esse putamus. Siquidem illi folia sunt Corni arboris fere similia, & radix arundinacea, geniculata, longa & Ari modo fervens. Insuper ex geniculis ipsis multiplices oriuntur fibrae, quibus pertinaciter humi inheret. A radice folia prodeunt oblonga, Ari fari alterius amula, e quorum exortu alia exurgunt folia longius pediculis nitentia, quae ut diximus, Corni arboris folia referunt, sed in grandiora, tenuioraque, habentur, e quorum nonnullis, quae conclusa sunt, ut ejus in imagine videri aperti simi potest, fructus racematim nascitur, bacculi per maturitatem rufescentibus, in quibus semen est nigrum parvum & oblongum, crasso quodam succo circumdatum. Nascitur montanis locis, sed humectis & uliginosis. Hanc in Moravia primum legimus, dum illac iter faceremus. Degustata radix primo statim occursum insipida deprehenditur at paulo post linguam faucesque, adeo vellicat, ut omnes ille partes tenuissimis pungi aculeis videantur. Itaque valenter excalfacit & siccit: quin etiam adurit ulceratque, Ideoque rarefacit & incidit quae in corpore crassa, lentaque, sunt excrementa, perinde ac Dracunculi alii & Arum, quare ab iis viribus non differt, sed facilitate imbecilliore habetur. Ab omnibus his forma maxime differt HORTENSIS Dracunculus, quo in acetariis vescimur, ut imurque, ad intinctus acerrimo gustu: Caules fundit numerosos, tenues, in quibus folia oblonga [lini modo] radicibus [cobaret] humi repentibus, graminis modo, floribus pusillis, albicantibus, racemosis, semine supervacuo. Seritur in hortis fere omnibus. Sunt qui asserant hanc plantam cultorū mangonio factitiam esse, & non sui natura provenire, eam siquidem nasci putant lini semine excavatis capis imposito, ac deinde terra recondito: sed hoc falli credi.

IV. DRACONCELLUS.

V. OPHIOGLOSSON.

* Ophio. abortus. *



30

crediderim, quod facto periculo operam quidam perdiderint. Hujus nec Græci, nec etiam Mauritanii, quod sciam, meminere. Verum perperam ejus acrimonia, qua maxime linguam vellicat, eorum esse medicamentorum, qua valentissime excalfaciunt, atque siccant, facile conjici potest. Incidit, digerit, aperit & provocat: mansa pituitam ciet: dentium dolores mulcet: concoctionem adjuvat & urinas movere. Estur passim in acetariis una cum lactuca, alijsq; oleribus. Habetur præterea & alia herba, quam inter Dracunculi species quidam recensent, quod LINÆUS & V. A. Serpentina nonnullis dicatur, et si non desint, qui Lucciola & Argentinam ipsam appellent. Nascitur hæc in pratis, sed ocysimè deperditur. Proflit enim mense Maio, sed cum tenerima sit, paucis post tempore evanida flaccescit, ac subinde nusquam apparet. Mittit unum tantum solum, pingue, plantagini aquaticæ vocata haud dissimile, nulla per medium excurrere costa, e cujus inferiore sinu cauliculus exit, pallidam serpentis lingulam in cacumine gerens: unde Græcorum voce Ophioglossi nomen invenit. Exicat citra insignem caliditatem. Præstat hæc maxime ad recentia vulnera glutinanda: quo fit, ut eam quidam mirifice extollant ad enterocelas. Maceratur in oleo, quo diutius insolato utuntur chirurgi ad prædicta felici (ut ajunt) successu. Datur potanda ex aqua Equiseti, ad intestinorum, & thoracis vulnera, & cæterarum intrinsecarum corporis partium. Ideoq; auxiliatur sanguinem rejicientibus: bibitur adversus alba seminarum profluvia, ex aqua foliorum quercus. Vinum ausserum, in quo tota planta incocta fuerit, si cum eo oculi abluantur, lachrymas cohibet: illinitur recens siccæve ad vulnerum inflammationes, ex gallinæo adipe. Omphacinum oleum, in quo copiosa folia diu fuerint macerata insolataq; addita lachryma abiegna, aptissimum sit medicamentum vulneribus recentibus glutinandis. *Sexnortior* quod Græci vocant, Latinis Dracunculus appellatur: Arabibus *Luf* & *Alluff*: Italis *Dragonæa*: Germanis, *Watterwurz*: Hispanis, *Taragontia*: Gallis, *Serpentine*. Dracunculus minor, Græcis, *ἄραριον*: Italis, *Dragonæa* & *Serpentaria* minore: Germanis, *Klein Watterwurz*: Gallis, *Petite Serpentine*. Dracunculus aquaticus, Italis, *Serpentaria* ac *quatica*: Germanis, *Wasser Watterwurz*. Dracunculus hortensis Italis, *Dragoncello* & *Dragone*: Gallis, *Tragon*. Ophioglossum, Græcis *ὀφιογλωσσόν*: Italis, *Lingua serpentina*, Argentina sive herba Lucciola: Germanis, *Wattersüngelein*: Gallis, *Herbe sans chousture*, sive *Langue de serpent*.

Dracunculus triplex proponitur. I. Dracunculus bistortæ folio. C. B. Dracunculus major, Matth. Cast. Dracunculus Matth. Dod. Gal. Dracunculus major Matth. Dod. fol. Serpentina major Matth. Lug. Dracuntium majus, Tab. Hoc an in rerum natura sit, Dodonæus dubitat: Adversaria inveniri negant: hætenus eum non vidimus, quare nil asstruere licet, at omnes rei herbariæ studiosos publici boni causa rogamus, ut si eum vel habeant vel inveniant, nobis ejus copiam faciant. II. Dracunculus polyphyllos, qui Dioscoridis major videtur & Plinii. C. B. Dracuntium majus, Brunf. Dod. fol. Dracunculus major, Trag. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dios. Lacu. Lon. Cam. Dracunculus minor, Matth. Cast. Dracunculus polyphyllos & Loph. crispum, Cord. hist. Dracunculus, Gesf. hor. Cæf. Anguina Dracontia & Serpentina Colubrina, Lob. Dracunculus sive Serpentina major, & Serpentina minor, Matth. Lug. qui duas habet figuras. III. Dracunculus palustris arundinacea radice C. B. Hydropiper rubrū, Fuch. & Dracunculus Plinii tertius, eidem in icon. Aron palustre, Gesf. hor. Dracunculus palustris, Dod. gal. Cord. hist. Lug. Dracunculus palustris minor, Lon. Dracuntium palustre, Tab. Dracunculus aquaticus, Matth. Cast. Dod. fol. Cam. Aquatica anguina sive Dracunculus, Lob. Dracontii genus apud Plinium, Cæf. IV. Dracunculus hortensis integro folio C. B. Draco à Ruellio primò descriptus, Dod. gal. Dragoncellus, Matth. Dracunculus hortensis eidem in icon. Cast. Tab. Draco hortensis, Gesf. hor. Lug. (cui & Chrysocome Dioscoridis Dalechampsio) Cam. Draco, aut potius Tarchon Simeoni Sethi, Lob. Tarchon Avicennæ & Sethi, Gesf. hor. Dragone vulgò,

Pp 2

Cæfal-

Cæfalpino. V. *Serpentaria secunda*, Brunf. *Ophioglossum*. Trag. Fuchf. Matth. Dod. fol. & gal. Lon. Cast. Lug. (cui & *Ceratia Plinii* & *Dracunculi* species) Tab. Cam. Thal. Lob. cui & *Eneaphyllum*, *Lingua serpentina*, Marth. Italico. Cast. Cæf. *Lingua vulneraria* Cord. hist. *Lancea Christi* & aliis Luceola, Gef. hor. Figura quidem Matthioli solum *Ophioglossum* non ramosum exprimit, hæc verò & non ramosum seu vulgatum, & ramosum & abortivum exhibet.

Апр.

ARUM.

CAP. CLXII.

*♂ Omnia
exem. mi-
nuta et
f. i. im-
mota ta-
men &
minima-
culosa.
Cat. f. i. im-
maculata*

A Ron, apud Syros Lupa vocitatum, folia emittit Dracunculi, sed & longiora, & paucioribus distincta maculis: caulem subpurpureum, dodrantalem, pistilli specie, à quo croceum semen exit: radice dracunculi alba: quæ decocta estur, utpote cum minus acris sit. Folia ad esum condiuntur, & arida per se, decocta maduntur. Radix, semen & folia dracunculi vires habent. Privatum radix ex fimo bubulo podagris illinitur, & dracunculi more reponitur. In totum, ob mitiorem ejus acrimoniam, in cibum expetitur.

I. ARVM.



II. ARVM MINVS.



Arum in Hetruria, item in agro Goritienſi, frequentiffimum provenit, in campeſtribus, in vineis, in ſerobium margi-
nibus, & paſim in ſemitis propter ſepes, præſertimq; in maritimis noſtris Senenſibus, ubi vulgò ipſum vocant Gigaro
ad larum alludentes: quo modo officinis Arum corrupto vocabulo appellari ſolet. Arum ſolia habet Hederacea, corduſerè
effigie, Dracunculi majora minimè diſſectâ, & albuſ reſperſa maculis, quæ hyeme virent, & æſtate ſiccantur. Caulem edit
palmarem, è cujus ſtigio erumpit involucrum ſpithamæ ſerè longitudine, in acutum deſinens, quod fructu completitur,
& fovent. Eo deinde ſarbiſcente, ſolida piſilli facies aureo colore emergit, & anſractû penitus patet. crocea ſemina ſpectâ-
tur, quæ in coronâ modum continnè contexta, inſimam ejus ſedem ambiunt. Hac non longo temporis tractu viridia fiunt,
& per maturitatē ruſa, baccarum ſpecie præſeferentia, vinoſaq; ambiunt ipſa caulē, ſeſe inuicē ſtipantia, frumenti Indici
modo. Radice nititur alba bulbôſa, oblonga, permultis ſtipata fibris, ellebori modo, guſtu perquâ acri. Naſcitur in câpeſtribus,
in vineis, & ſecum itinera & ſepes. In Bohemia quoq; in montibus quibuſdam copioſum admodum provenit, ſed Italico longè
minuſ. ſoliūq; tenuioribus, & minori quoq; radice, adeo ut ego hoc Arum minuſ appellare conſueverim. Ceterum
Ab I alteram ſpeciem, cujuſ hic imaginem expreſimus, miſit ad me Franciſcuſ Calzolariuſ pharmacopœuſ Veronenſiſ, rei
plantariæ indagator, è monte Baldo allatum. Huic ſolia inſunt ſagittæ ſpeciem repræſentantia, & cauluſ rectuſ glaber, do-
drantaliſ, valde perſpicuſ, rubentium baccarum botrum in cacumine habens, confertum, & in acutum deſinentem. Radi-
cibus nititur numeroſis, tenuibus, circumquaq; ſe diſſudentibus, è quibus bulbôſi quidam globuli fabarū quantitate de-
pendent, alba intuſ pulpa, & perquam acerrimi guſtuſ. Excalfacit & ſiccât ordine quarto. Ideoq; urit, attenuat, incidit &
abſtergit. Hiſ nō deſunt, qui utantur ad arcēdoſ à ſuiſ menſiſ paraſitoſ, & veraceſ luronceſ, earum pulverē delicatiſ epulū
admiſcenteſ: nam ubi ſauceſ occupaverit, tã fixo & cōtumiaci ardore afficit, ne poſthac quicquâ vorare queant, niſi bubu-
lo caprillove lacte diutiuſ gargarizato, aut recēti butyro ſeſim deglutito. Abſtergit Arū, attenuat, aperit, incidit & pro-
cat. Decocta radix melle excepta, medetur pectoriſ morbiſ omnib; pituitofiſ: expectorat n. valentiſimè craſſaſ lentuſq; ex-
creationeſ: ideoq; aſthmaticoſ maximè juvat. Datur elixa, vel ſerventib; cinerib; roſtâ, utiliter tuſiētib; ſ, ex amygdalino
oleo. Idq; bellè quoq; præſtat lac potū, in quo radix ipſa fuerit incocta. Illinitur eadē, aqua priuſ elixa, epiphoriſ ſugillatiſ in-
ſtāmaturq; tonſilliſ, ſabacea farina addita, & deſfruto ſubactâ. Subigitur quoq; oleo, & tumētib; hæmorrhoidib; commodè,
illinitur:

III. BONUS HENRICUS.



illinitur: Radicis succus exedentia & contumacia ulcera curat, quemadmodum & narium polypum folia ambusta sanant. Imponuntur eadem utiliter podagricis, calenti fimo bubulo illita. Semen tritum vel baccarum succus rosaceo commistus, aurium, doloribus auxiliatur. Dantur utiliter seminis drachma dua ad menses educendos, & secundas pellendas ex vino. Caterum cum Arum in mentem mihi jam revocet plantam, à quibusdam Serpentariam, Colubrinamq; vocant, quamq; Germani **BONVM HENRICVM** appellant, libuit ejus historiam, & vires huic orationi attexere, quod foliis Arum quadamtenus referat, quae longis pediculis nitentia profert. Hac caules plures edit, ipsosq; foliosos, in quorum fastigiis herbacei, racemosiq; visuntur flores, & deinde semen. Planta candicat tota, perinde ac si tenuissimo farinae polline confersa esset: quin etiam adeo levis tactu habetur, ut unguine aliquo illita videatur, unde illi nomen apud Germanos **Schmerbel**. Radice nititur vegeta crassa in plures divaricata partes, croceo colore, acuti lapathi modo, cujus speciem esse censemus. Nascitur ferè ubiq; in pagorum plateis, in rudibus & areis. Planta est calidi & sicci temperamenti, aperit, abstergit, resolvit & digerit. Radicis succus illitus scabiem tollit. & cutis maculas extergit, praesertim si cum aceto misceatur. Quidam eam Ari vires quog; praesunt adversus venenosorum animalium morsus. Nostrae mulieres ex Ari radicibus stillaritis aquas ad faciem parant, quas ad faciem erugandam illustrandamq; magnis laudibus efferrunt. Ad quod etiam efficaciter praestat insolutus radicum succus, cerussa speciem referens, quem Gersa vulgo nominant, si siquidem mirum in modum carni splendorem, & candorem conciliat. Ari vires memoria prodidit Galenus libr. ii. simplicium medicamentorum, ubi ita scribit: Arum terrena essentia constat, sed calida: proinde extergendi vim possidet, verum non valentem, sicut Dracontium. Est ita, in exiccando, & calefaciendo primi ordinis.

Boni
Henrici
histor.Boni
Henrici
vires
Matth.Ari vires
ex Gal.

ni. Radices ejus maxime sunt utiles: siquidem comesta crassitatem humorum mentisriter incidunt, adeo ut & excretionibus ex peccore idonea sint. sed magis tamen aptum est Dracontium. Nescio sanè quare ratione scripserit Galenus, Ari, quo degustato os totum exurit, & acerrimum sentitur, calidum siccumq; ordinatum primo haberi. Et lib. 2. de alimentorum facult. sic inquit: Ari radix rapi modo manditur. In quibusdam autem regionibus acrior quodammodo nascitur, ut Dracontio ferè similis sit. Dum recte parare voles prioris decoctionis aqua effusa, repente in alteram calidam injicere convenit. Cyrenis contra, quam in nostra regione, Arum se habet: nam illic minimum medicamentosi, minimumq; acrimoniae possidet, adeo ut vel rapis sit utilis. Idcirco radicem quog; in Italiam comportant, ut quae absq; ut putrescat aut regerminet, longo tempore perdurare possit. Herba, quam Graeci **αρισάριον** & Latini similiter Arum dicunt, Mauritaniae Iarus & Sara: Syriae Lappa vocatur: Barbari, Aron, Barba, Aaron, Dragonica minor, & Serpentaria minor: Italis Aro & Gigaro: Germani Klein Matterwurz: Hispani Taro: Gallis Vid de chien. Arum minus, Graecis **αρισάριον** Italis Gigaro minore. Bonus Henricus, Italis Herba infarinata: Germani, Schmerbel oder Gut Henrich.

Arum Plinius, lib. 19. cap. 5. inter bulbi genera recenset: at lib. 24. cap. 16. maris & foeminae meminit: & à quibusdam radicem Aron, caulem verò Dracontium appellari monet. Aliquot differentias notavimus, aliud folio majore & acutius, aliud rotundius, aliud durius per totam aetatem virente. Sic ejus quod maximo est folio, venae omnes albicant, apud Italos frequens: aliquando maculis albis est confersum. Reperitur in Helveticis montibus quod nigricantibus lituris, aliquando purpureis signatur: quod verò apud nos vulgatissimum, nullis maculis notatur. Sic & pistillus alteri purpureus, alteri ex albo luteus. III. Lapathum unctuosum C. B. Bonus Henricus, Brunf. Trag. Matth. Tab. Rumicis tertium genus, Fuch. Rumicis secundum genus, Turnero: Tota bona, Dodo. gal. & fol. (cui & Chrysolachanon) Lob. Thal. Lapathi sylvestris secundum genus, Lugd. Atriplex canina, Lonicero.

ARISARUM.

CAP. CLXIII.

Arisarum exigua herbula est: cujus radix olei magnitudinem implet, longè majoris quàm Aron acrimoniae. Unde illitu nomas sistit. Fiunt collyria ex ea, ad fistulas efficacia. Illitu radicis, genitale animalis cujuscunque in perniciem agitur.

Arisarum, Plinio lib. 24. cap. 16. auctore, in Aegypto nascitur, similis Aro, minor tamen, minoribusq; foliis, & utiq; radice, quae tamen olivae grandis magnitudinem implet. Hujus duo hodie ab herbariis ostenduntur genera: quorum potestatem ad me primum misit Aloisius Anguillarius Romanus, horti Patavini praefectus, diligentissimus rei herbariae inquisitor, qui praeterea testatus est, Arisarum plurimum nasci in agro Romano, non longè ab urbe: Cui folia Aro similia sunt, à Luca Ghino viro optimo accepimus. Utriusq; picturam exhibere libuit, non quod utrumq; probemus (alterum enim non verum putamus) sed ut de iis aliorum etiam sit judicium. Primum foliis provenit Ari, longè tamen minoribus: cauliculus edit tenuem, in cujus summitate vaginula quadam oritur, altera parte divisa, è qua ligula tenuis, exigui germinis modo sese exerit, pallido colore. Radix illi olivae instar magna, oblonga, candicans, adnatis pluribus ubiq; emergentibus. Nascitur in collibus & campestribus. **ALTERVM** folia mittit longa, angusta, longis pediculis nitentia: radicem bulbosam, juglandis magnitudine, numerosis ubiq; adnatis fibris gustu etiam acro. Excalfacit radix, siccat, incidit, abstergit, digerit & aperit. Meminit Arisari Galenus libro 6. simplicium medicamentorum his paucis: Arisarum multo

Arisari
historia.Arisari
vires
ex Gal.



Nomina. minus est Aro. Radicem habet olivæ magnitudine. Est autem multo ipso acrius. Ut Græci ἀρισάριον, ita etiam Arisarum Latinus, & Arisaro Italis nominatur. Arisarum alterum, sive Pseudoarisarum: Italis, Arisaro falso.

I Arisarum Matth. Dod. gal. Gef. hor. Arisarum primum, Lonic. Lugd. Dracunculus minor Gef. app. Lacu. Dracunculus alter seu henicophyllos, Cord. histo. Arum majus Veronenſe perperam Arisarum, Lob. Arisarum latifolium Matthioli, Tab. II. Arisarum angustifolium (quod Dioscoridis esse videtur) C. B. Dod. fol. Clus. hisp. Tab. Lob. Arisarum tenuifolium, Cam. Arisarum alterum, Matth. Dod. gal. Lug. Lonic. Arisarum, Gef. hor. Lacu. Cæs. Pseudoarisarum, Castori.

Ἀρισάριον.

HASTULA REGIA.

CAP. CLXIII.

Hastula regia vulgaris notitiæ est: foliis majoris porri: caule leviter ferente in cacumine florem, quem anthericon appellant: radices subiacent oblongæ, rotundæ, glandibus similes, gustu acres. Quæ ex calfaciunt: urinas & menses epotæ ciunt: lateris doloribus, ruptis, convulsis, & tussibus drachmæ pondere potæ ex vino medentur. Ea verò vomitiones adjuvat, ludicri tali magnitudine commaducata: a serpente demorsis datur aptissimè trium drachmarum pondere, verum foliis, floribus & radice ex vino mortuis illinire oportet: item ulcera sordida & depascentia: mammarum quoque, & testium inflammationes, tubercula, furunculosaque: decoctis in fæce vini bulbis, recentibus inflammationibus ex polenta auxiliatur. Radicis succus adjecto vetere vino, dulci myrrha & croco decoquitur, sitque perquam utile oculis medicamentum: ad purulentas aures per se, & cum thure, melle, vino & myrrha tritus, prodest: in contrariam aurem infusus, dentium dolorem mitigat. Cinis è radice illitus, alopecias ad pilum reducit: oleum in excavatis radicibus igni decoctum, illitu exulceratis pernionibus, & ambustis igni, conducit: & surditati instillatum in aurem auxiliatur. Candidam vitiliginem, linteo antea perfrictam in sole, illita radix emendat. Semen, floresque in vino poti, scolopendræ & scorpionum venenis, mirum in modum resistunt: alvum purgant.

Hastula regia, quæ Græcis dicitur Ἀρισάριον, planta est à radicibus foliosa, foliis porraceis longioribus, angustioribusque, carina ad eò permittente, ut triquetra videantur. Caulem edit cubitalem, & quandoque majorem, insigni levitate: Flores in cacumine albicantes, (est etiam quæ melinos faciat) numerosos, in stella modum sese pendentes, è quibus bacca proveniunt subrotunda, herbacei coloris, in quibus triquetrum concluditur semen nigro colore. Particulatim floret ut Scilla. ab imo incipiens, verbasci quoque modo. Radicibus nititur numerosis, nigricantibus bulbosis, oblongis, subvirescente intus pulpa indicis longitudine, & inferna sede crassioribus prominente infirma parte tenui cauda, succosis, acris & amaro gustu. Nascitur in montibus pingui solo. Planta est spectatu jucunda, cum integra effoditur, ob ingentem bulborum numerum, qui sæpe centenarium excedunt, quanquam citato loco dicit Plinius, Asphodeli radicem alius numerosiore esse, ut quæ octuaginta simul acervatis sæpe bulbis reperiatur. Atqui Gal. 2. de alim. facultat. una tantum bulbosa radice magnitudine figura amarore scillæ radici quodammodo simili, Asphodelum constare legitur. Hujus caulem (ut Plinius est auctor lib. 21. cap. 17. Theoph. & ferè Græci omnes) cubitalem, & sæpe dum cubitorum, anthericum vocare: radicem verò, id est, bulbos, asphodelon. Latini autem illud albucum, & asphodelum hastulam regiam dixere. Ceterum

Asphodeli
libellor.
Asphode
li melino
flore.

Antheri-
cum, Ros
Aspho-
deli.

60

30

20

10

40

morsus cum melle, & piperis polline illiti cohibent: sudores compescunt: stomachi dolores mitigant: furfures, & ulcera, quae in capite manant, cum tosto nitro abstergunt: sugillata varosque per se, aut ex ovi luteo & lentigines cum melle, vel aceto emendant: fractis auriculis, unguibusque ex polenta medentur. Idem calidis cineribus torrefacti, tollunt fici: item cum cinere è mænarum capitibus, impositi. Cremati verò, & cum alcyonio misti, vitia cutis in facie, atraque; cicatrices, in sole illiti emaculant: faciunt ad rupta, si cum aceto cocti edantur. Sed copiosiore eorum cibo abstinendum, quoniam nervos tentant.

Bulbus vomitorius.

BULBUS VOMITORIVS.

CAP. CLXVI.

a Carac.
Φαλδς με-
λες. i. cor-
tice ma-
gno.

Bulborū
confide-
ratio.

Bulbus, quem vomitorium vocant, folia habet lentiora multò, & longiora, quàm bulbus esculentus: radicem similem, cortice nigro. Ea radix mansa, aut decoctum ejus potum vesicæ malis medetur: vomitiones movet.

BULBUS VOMITORIVS.



Multorū
error.

Bulborū
vires ex
Gal.

est, lentumque succum procreat. Nam & coctū difficilis est, & flatuosus, & venerem provocans. Arramen illius ob amaritatem simul & adstrictionem, abstergit simul & glutinat, & nimirum exiecat. Est enim ostensum, amarum odorem in extergentibus esse substantis, adstrictionem verò in glutinantibus. At sic citius utramque consequitur. Bulbus autem vomitorius multò est calidioris temperatura, quàm prædictus Bulbus. Et lib. 2. de alimentorum facultatibus, sic de bulbo scribit: Bulbi genere cum prædictis conveniunt. Nam horum quoque radix direptis foliis manditur: in vere interdum ipse etiam caliculus. Amarum austringensque vim, evidenter Bulbi in se habent: quamobrem elanguescentis stomachi aliquatenus excitant aviditatem. At verò neque, ut adversantur, quibus è thorace atque pulmone pus convenit expuere: quanquam crassiore, ac glutinosiore sunt corporis substantia. Etenim amaritudo crassitudinem relictatur, lenta, crassaque, nata incidere, quemadmodum in commentariis de medicamentis prodidimus. Quapropter buli elixi uberius quidem alent, sed excreare volentibus adversantur, ut pote omni amaritudine exuti. Tum verò ex aceto, oleo, garo, mistis, esitare satius fuerit: nam ita magis profecto oblectabunt, ac nutriunt, minusque inflabunt, ac facilius concoquentur. Boëthius quæ Græcis ἰσχυρὸν. Latini Bulbus esculentus cognominatur: Mauritanis Basar Alzer: Italis Bulbo che si mangia. Qui verò Græcis Boëthius ἰσχυρὸν, Latini Bulbus vomitorius dicitur: Mauritanis Zir: Italis Balbo vomitorio, Cipollo canina.

Hyacinthus racemosus moschatus C.B. Bulbus vomitorius, Matth. Cast. Lugd. Muscari, Clus. hist. Hisp. & Pann. Dipsadi Chalcedonicum, Lob. Lugd. (duas enim habet figuras) Hyacinthus spurius recentiorum alter. Dod. fol. Hyacinthus botryoides Chalcedonicus moschatus, Tab. Flos interdum initio purpurascens, aut viridis: dein ex purpura virens, aut ex virore albicans, vel nigricans, dein pallidus: est & luteo odoratissimo flore.

Scilla.

SCILLA.

CAP. CLXVII.

Scilla vim acrem atque ferventem habet: assatam ad multa utiliore esse constat. Polline ad crustam, subacta, aut luto oblita, in clibanum conjicitur, aut carbonibus obruitur, donec obducens crusta sufficien-

ficienter intosta fuerit: qua exempta, si non emollescat, altero polline simili, aut luto circumlinitur, & eadem quæ prius, sunt: nam quæ ita non assatur, interaneis maximè noxia est, corretur item in olla, indito operculo, quæ in furnum demittatur, fumi etiam solet quod maximè est mediū, direptis vivoteus tunicis, quod frustatim confectum coquitur, mutata sæpius aqua, donec ipsa nec amaritudinem, nec acrimoniam habeat, trajectaq; lino frusta siccantur in umbra, ita ut ne ulla quidem parte se contingant. His Scillæ segminibus ad oleum, vinum, aut acetum scillinum utimur. Ad rimas pedum, interna pars crudæ Scillæ in oleo fervefacta, aut cum refina liquefacta, imponitur: decocta in aceto demorsis à vipera cataplasma est. Ad singulas assæ partes adjectis octonis tosti salis, cochlear unum, aut alterum damus jejunis, ad emolliendam alvum: in potu autem, & odoratis medicaminibus, & quibus urinā ciere volumus, hydropicisq; & stomachicis, quibus innatat cibus, regio morbo, torminibus, in tussi vetere, suspiriosis, & ore rejicientibus, tres obolos in delinctu ex melle sumplisse satis est. Coquitur cum melle, & estur eorundem gratia, maximè ut concoctionem adjuvet, strigmenta per alvum extrahit. Cocta & simili sumpta modo, eosdem præbet effectus: sed cavendus Scillæ usus his, qui intestinum sentiunt ulcus: ad penfiles verrucas, & peritones, tosta efficaciter illinitur. Tritum semen, & in carica, aut melle devoratum, alvum emollit. Scilla tota in limine januæ suspensa, mali medicamenti noxam arceat.

Nomina.

Παγκράτιον.

PANCRATIUM.

CAP. CLXVIII.

PAncratium, quod aliqui Scillam appellant, radice est magni bulbi, subbriso colore, aut subpurpureo gustu amaro ac fervente: foliis lili, sed longioribus. Scillæ vires, & præparationem habet, eodemq; pondere in morbis efficaciter assumitur: cui tamen mitior, quàm Scillæ facultas inest. Radicis succus cum ervi farina digeritur in pastillos, qui hydropicis, splenicisq; cum hydromelite, commodissimè dantur.

I. SCILLA.

*II. SCILLA HISPANICA.



Superioribus annis credidimus, Scillas, quarum in Italia omnibus, tum medicis, tum seplariis communis est usus, legimus esse: in hanc autem opinionem veneram pluribus conjecturis ac rationibus fretus. In primis enim Plinium invenimus l. 19. c. 5. Scillam majorem quàm ceteris bulbaceis radicib. amplitudinem reddidisse: quare cum sæpe vidissem ex iis Scillis, quibus passim utimur, nonnullas ad tantam magnitudinem crevisse, ut serè caput hominis aquarent, non poteram non existimare illas esse veras. Deinde legeram apud Theoph. l. 7. c. 12. de plant. historia, Scillam primè aulem floresq; gignere, quàm folia. Id quod in nostratib. cum manifestè deprehendatur, mihi quidem non videbatur esse discedendum à vulgari opinione. Adde quod sæpenumero quasdam Scillas vidi parvas, pyro paulò majores, hæc quidem putabam Pancratium esse: illas verò communis usus, Scillas, idq; eo magis, quod Dioscorides tribuit Pancratio radicem magno bulbo similem: horum autem radix mediocris potius, quàm eximia crassitudinis censetur. Verum cum postea aliquantò accuratius harum plantarum historiam expendissem, inveni Aloes folium, Dioscoridis & Plinii testimonio, Scilla similitudinem habere. Quod nimirum refragatur Scilla communis usus, ut quæ folia ferat non aloë, sed lilio proxima: inter quæ non parva quidem intercedit differentia. Quinetiam legi in Theoph. & Plin quod Scilla floret rer in anno: hoc autem quantum videre potui non evenit nostris vulgarib. Scillis. Sed ne veritati fortasse derogarem, omnino id affirmare non ausim. Hinc itaq; jure quondam factum est, ut de scilla non ulterius vulgarem illam tenerim, sed in dubiam venerim sententiam, an scilicet Scilla communis usus legitima sint, & dici mereantur: aut alia reperiantur, quæ foliis aloë similib. proveniant. Ceteram dum adhuc in re dubia versarer, à quibusdam medicis Hispanis accepi in Hispania maritimis Scillas innumeras oriri nostratib. duplo majores, foliis aloë emulantibus, sed minus crassis: quæ amaritudine, acrimonia, ac virium præstantia communes nostras Scillas longè vincunt.

Scillæ, & Pancratidis confid.

Scilla Hispanica.

* SCILLA MAJOR RADICERUBRA. *



Scillæ præparatio.

benè spirans, benèq; coloratus deget: hoc aceto qui utitur, cibum bellè conficiet, etiam si licentiosius edat, nihil supervacui in corpore residebit, non flatu, non bilis, non cruditas, non stercus, non urina, alvus lubrica omnino erit. Morbo comitiali diuturno efficaciter proficit, incipientem verò ad novum perfectè discutit: ad podagras præterea, & cæteros articulares morbos, & ad jecoris, lienisq; duritias efficaciter facit. Scilla (ut memoria scriptum reliquit Galenus libro octavo simp. med.) admodum incidentem facultatem obrinet, non tamen admodum calidam. Sed secundum hoc eam quissiam secundum ordinis censeat excalfacientium. Præstat autem aut assam, aut elixam sumere: sic enim virium ejus vehementia exoluitur. Nomen illi Græcum est σκίλλα, Latinum item Scilla: Arabicum, Haspel, Hausel, Aschil, seu Alaschil: Italicum, Scilla: Germanicum Meer Zwiibel: Hispanicum, Cebolla albatrana: Gallicum, Stipouille, Charpentaire & Oignon marin.

Scillæ vires ex Galeno.

Nomina.

Scillæ tria genera apud Plinium lib. 19. cap. 5. mascula albis foliis, femina nigris: & tertium cibus gratum Epimenidium: figuram addimus duplicem, primam Matthioli: alteram Clusii, partim quia Matthiolus Hispanicæ meminit, partim quia Clusius author est, hætenus neminem veram figuram dedisse: his adiecimus Pancratii figuram, cum Dioscorides de Pancratio distinctim à Scilla egerit. I. Scilla major radice alba. C. B. Squilla, Brunf. Scilla seu Cepa maris, Trag. Scilla, Matth. Fuch. Cord. in Diosc. Gesl. hor. Lugd. Scilla communis Dod. gal. Scilla major, Castori. II. Scilla Hispanica, Clus. Hisp. Cast. Lugd. Scylla, Lonic. Cæf. Scilla sive Cepa marina, Lob. Scilla, Dod. fol. Hæc ex radice crassa, alba multis tunicis, lento humore intercedente, munita, multisq; fibris capillata, caulis cubitalis, rectus, foliis nudus, floribus plurimis, Ornithogalo spicato similibus, candidis & stellatis ornatus: quibus succedunt siliquæ triangulares compressæ, semen nigrum planumque continentes. Folia verò ex radice ad caulis exortum prodeunt utrinque quina aut sena, lata, viridia, densa in humum reclinata & carinata. Floret Augusto & Septembri: Octobri semen maturefcit: folia, caule exsiccatō Novembri & Decembri, prodeunt apud Hispanos & Lusitanos, apud quos copiosè provenit: III. Scilla major radice rubra. C. B. Hæc radice est majore, extimis tunicis rubentibus, foliis latioribus, longioribus & carinatis: quod copiosè in mediterraneis Hispaniæ, Clusius observavit, ubi pro præsentaneo veneno habetur. Pancratium, Clus. Hisp. Dod. fol. Lugd. Taber. Scilla rubentibus radicis tunicis, folio aloes carinato, Lobelo.

Κάππαρις.

CAPPARIS.

CAP. CLXIX.

Capparis aculeatus frutex est, qui in terra stratus magis in orbem evagatur. Spinis, ut rubus, habet in hami modum aduncas: folia malicoronæ, rotunda: fructum oleæ similem, qui cum dehiscens panditur, florem candidum promit: quo excusso, non nihil glandis oblongæ figura invenitur, quod æpertum grana acinis puniceorum similia ostendit, parva, rubicunda: radices lignosas spargit, grandes numerosasque. Tenui plerumq; solo, asperisque locis, in insulis, & juxta rudera nascitur. Caulis, & fructus cibi gratia condiuntur: alvum turbat, stomacho adversatur, sitim gignit: cocta tamen stomacho, quàm cruda utilior est. Fructus drachmis duabus in vino potus, quadraginta diebus, lienem absumit, & urinam cruen-

60

tertiumque; excrementum emittit: bibitur utilissimè in coxarum doloribus, & nervorum resolutione, item ruptis & convulsis: menses ciet, caput purgat. Dentium dolorem sedat semen ex aceto decoctum, colluto inde ore. Aridus radicis cortex ad eadem proficit: ulcera omnia vetera, & sordida, & quæ occalluerunt, expurgat: lienosis cum farina hordei illinitur: dente demorsa, dolori ejus auxiliatur: cum acetotrita vitilignes albas absterget. Radix foliaque intrita, strumas, ac duritias discutiunt. Aurium vermiculos infusus succus enecat. Aphrica, & præsertim Marmarica cappar, vehementer inflat. Apula vomitus facit: & quæ à Lybico, & quæ rubro mari deferretur, mirum in modum acris est: siquidem in ore pustulas excitat, gingivasque olle tenus exest, quare in cibis non ab re damnatur.

I. CAPPARIS.

* II. CAPPARIS ACUMINATO folio.



Capparis frutex est in Italia vulgaris satis notitia. Floribus enim, & fructibus muria asservatis frequentissimè in cibis Cappari
utimur. Ex his suaviores, & qui cum palato majorem ineant gratiam, sunt recentes acerrimo asservati aceto, quod consider-
plerique faciunt in Hetruria. Præstantissima cappares ex Alexandria Aegypti Venetias advehuntur. Est & in Apulia
Capparum proventus, unde etiam plurimè deferuntur, verum longè deteriores his, quæ ex Aegypto importantur. Vomi-
tiones Cappares haud quaquam cient, ut Dioscorides inquit: nisi forte hæc facultate sint prædita, dum recentes, ac
virides comeduntur, antequam muriam experiantur, & deinde elixentur. Proveniunt etiam Romæ in collapsis adificio-
rum parietibus, ruderibusque, præsertim circa Pacis templum, itemque Senus, quæ quidem Apulæ saporis præstantia minimè
cedunt. In cultis nasci Cappares negat Theophrastus lib. 6. cap. 5. de plantarum historia. Seruntur tamen hæc atate, colun-
turque, perinde ac segetes, & legumina, quemadmodum & Plini tempore, qui serendi rationem lib. 19. cap. 8. his verbis
40 explicavit: Quippe cum Capparis quoque seratur, siccis maximè, area in desossu cavata, ripis, undique circumstructis
lapide, alias evagatur per agros, & cogit solum sterile scire. Floret æstate, viret usque ad Vergiliarum occasum. Sabulo-
sis familiarissimum. Cappari vires reddidit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, sic inquit: Capparis radicis
cortex vincentem habet qualitatem amarā, proximam acrem, deinde acerbam. Ex quo liquet, quod diversis pugnan-
50 tibusque, constet facultatibus, quippe abstergere, purgare, incidere potest amaritudine: excalfacere, incidere, digerere
acrimonia: porro contrahere, densare, constringere acerbitate. Idcirco lienes induratos, si quid aliud, hoc medicamentum
juvare valet, tum foris idoneis illinendis remediis admistum, tum intro in corpus assumptum: sive decoctum in aceto, aut
oxymelite, & id genus, sive aridum contusum, illis permistum: Quippe cum aperte crassos lentosque humores hoc pacto
sumptum evacuet, nec eor tantum per urinas, sed & per ventrem: sæpe etiam sanguinolentos defert, unde & lienes adjuti
sunt, & coxarum dolores. Quinetiam menses promovet, & ex capite purgat, detrahitisque auxiliaturque ruptis, atque convul-
60 sis. Cæterum cuiam ipsam portioni, in quoque affectuum misceri conveniat, non est præsentis instituti persequi. Porro radicem
ejus cortex ulceribus malignis cataplasmatis modo impositus, non malum est remedium, ut qui illa extergere valeat, nec
segniter desiccare. Præterea dentium labores prædictarum qualitarum ratione adjuvat, interim cum aceto coctus, interim
cum vino, sæpe etiam solus dentibus mansus, ac morsus. Ex dictis ergo clarum est, incidendi quandam ei facultatem inesse,
itemque extergendi, digerendi, contrahendi. Vitilignes siquidem cum aceto detrahitis, & choradas, & duvos tumores digerit,
idoneis ad ea medicamentis mistus. Radicis cortici, fructus proportionem virium respondet, nisi quod ad omnia sit imbecilli-
or. Imò & folia, & caules ejus, similem vim obtinent: memini quædam, me solis quandoque paucis diebus duritiem choradis
naturam referentem discussisse. Sed admiscemus scilicet illis quippiam, quod eorum virium obtundat vehementiam. Nec
mirum est, quod aurium vermes succus amaritate occidat sua. Porro Capparis, quæ in admodum ferventibus regionibus
provenit, ut quam fert Arabia, multo est nostrate acrior, adeo ut plurimum etiam habeat facultatis adurentis. Et lib. 2.
de alim.

Cappari
consider-Cappari
satio.Capparis
vires ex
Galen.

de alim. fac. sic de Capparis scribit: In Cypro Capparis plurima provenit. Facultas ejus tenuium admodum est parium: proinde minimum alimenti in corpus eorum, qui ipsa vescuntur, distribuit: quemadmodum & alia omnia, quae tenuibus constant partibus. Utimur autem fructu hujus plantae magis ut medicamento, quam ut alimento. Importatur ad nos etiam sale conspersus, quia solus asservatus putrescit. Clarum ergo est, quod capparis adhuc viridis, antequam sale condatur, plus habet nutrimenti: nam ex salitura permultum ejus amittit, niq. sal abluatur, prorsus haud quicquam nutrit: alvum tamen subducet. Verum ablutus, & demaceratus, donec omnem salu naturam exuat, ut minimi sane alimenti cibus est, ita obsonium, & medicamentum, cum ad excitandum prostratum appetitum, tum ad devadendam, dejectamq. pituitam ventri adhaerentem accommodatum erit, ac deniq. ad lienis, jecorisq. amolendas obstructions. Verum in hos usus cum oxymelite, aut oxelao ante alias omnes dapes sumi oportet. Tenellus porro capparis germinibus homines, ut terebinthi turionibus, vescuntur: cumq. adhuc virent, in oxalme, & aceto, non secus atq. hos reponunt. Planta, quae nomen 10
 Nomina. per Græcè, Capparis similiter Latine dicitur: Arabicè Cappar & Kappar: Italicè Capparo: Germanicè Rappern: Hispanicè Alcaparras: Gallicè Capreç.

* III. CAPPARIS LEGUMINOSA. *



Capparis duplex est, rotundo & acuminato folio, ut ex utraque figura clarum fit: verum eam, quae rotundo folio est Matthiolus expressit. I. Capparis, Trag. Matth. Cord. in Diosc. Dod. gal. Gef. hor. Lon. Lac. Cast. Lug. Capparis retuso folio, Lob. Capparis Italica, Cæsal. Capparis secunda, Tab. II. Capparis, Dod. fol. Capparis folio acuto, Lob. Lugd. Capparis aliud genus, Cæf. Capparis prima, Tab. III. His 20
 adjecimus Capparim leguminosam, plantam aspectu pulchram & eleganter virentem, quae ex radice oblonga, lignosa, ramos emittit cubitales & altiores, teretes, laeves, striatos, qui in alios brachiantur, circa quos folia lata oblonga, crassiuscula, capparis æmula, ab uno pediculo striato semper bina, ut in Faba, saturato colore virentia. Flores summis cauliculis insident, qui priusquam dehiscant, rudimentorum capparis florum similitudinem referunt, foris herbidi, expansi verò foris candidi, intus rubei, e quorum medio stamina 30
 plura, oblonga, crocea, educuntur: quibus succedunt siliquae oblongae, angulosae, sesaminis similes, quatuor veluti ex thecis compositae, in quibus singulis semina continentur plura, lata, compressa, ex rotunditate in acumen desinentia. In horto Petri Quith Pharmacopæi Lutetiani, ante annos octodecim collegimus: in ruderibus tamen Romanis sponte provenit. Vocatur Capparis leguminosa sive Fabago Belgarum & Peplios Petri Quith, Lob. Capparis Fabago, Dodonæo: Fabago Belgarum Lugdunensi: Capparis sylvestris sive Fabaginea, Camer. ad Matthiolum, Morgani Syrorum. Rauvvolfio & Lugdun. in appendice. Apud Avicennam esse Ardifrigi & Andiriam apud Rhafin, ex descriptione & facultatibus suspicantur: usus enim ipsi- 40
 us apud Syrios contra vermes, cum tota planta sit amara, gravisq. odoris.

Aten. An. p.

LEPIDIUM.

CAP. CLXX.

Lepidium, aliqui gingidium vocant, herbula vulgò nota, muria cum lacte servatur. Vis foliorum Lacris, & exulcerans, quapropter ischiadicis trita praesentissimum est auxilium, si cum helenii radice, quarta parte horae, illinatur: lienosis simili modo prodest, lepras eximit. Radix appensa collo, dolore 50
 dentium liberare existimatur.

Lepidii
 consider.

Cum satis superq. à nobis ostensum sit in primi libri calce, in iberidis commentatione, iberidem nihil à Lepidio differre, supervacaneum esset, hic ea repetere, quae ad Lepidii historiam explicandam loco citato diffusius adduximus. Si quidem eo quinq. facile accedere potest, qui ea, quae ibi diximus, scire desiderat. Folia gerit Nasturtii, vere virentiora: caulem cubitalem, aut minorem, strem album tenuemq., semen circum summos tenuesq., cauliculos in siliquis Nasturtii amulus, sed minoribus, minuto intus semine. Radicem albam, acris sapore. Nasctur locis incultis, saxosis: in templorum areis atq. Sepulchris (Damocrati) secus riviera in ruderibus & agrorum extremitatibus. Excalciscit & siccit magis quam nasturtium, extrahit, attrahit, incidit, attenuat, aperit, digerit & urit. Veruntamen haud silentio involvendum duxi, quod Plinius in Lepidii historia prorsus à Dioscoride dissentire deprehenditur. Quippe qui scripserit lib. 19. cap. 8. Lepidium cubitali longitudine assurgere, foliis laurinis, non autem Nasturtii, ut Dioscorides inquit. Quod sane nobis insinuare videtur, Plinii Lepidium eam esse iberidis speciem, quam scribit Paulus lib. 3. de coxendicis dolore agens, folia lauri proferre. Hæc enim (ut libro superiore diximus) ea facile fuerit, quam vulgus herbariorum ideo Piperitim nominat, quod acerrimo gustu, linguam mirum in modum vellit. Caterum non possum non admirari, quod tam facile crediderint Hermolani, Manardus, ac Ruellius illos secutus, Lepidium eam plantam esse, quae vulgò in Italia appellatur Raphano. Nam cum hæc foliis sit helenio paulo minoribus & verbasco majoribus, nullo pacto Dioscoridi Lepidium referre potest. ut quod tenuis admodum sit herba. Nec item Plinio ad stipulari videntur, qui Lepidium prodidit laurinis foliis exire in cubitalem altitudinem: nisi fortasse ii clarissimi Viri nostratem Piperitim, quae procul dubio Plinianum refert Lepidium, Raphanum vocaverint. LEPIDIVM Pauli, caulibus cubitalibus fruticat subalbicantibus: foliis lauri, foliis 60

Lepidii
 Plinii.

Lapsus
 Hermo-
 lai, Ma-
 nardi &
 Ruellii.

I. IBERIS, SIVE LEPI-
dium.II. LEPIDIUM, PIPE-
ritis.

RANUNCULUS I.



majoribus tamen, robustius, in cacumine spicatis, tenuibus ac albicantibus. Radice alba acerrimi gustus, perinde ac folia, qua dentibus attrita os universum accendunt. Seritur in hortis ac etiam quibusdam in locis sponte nascitur. Excalfacit & siccatur vehementer, ac ea omnia potest qua Lepidium primum: ceterum longe valentius operatur. Quod de Normia. *pidior Graci, Lepidium quoque Latini vocant: Mauritanis, Seitragi, Hausaub, Asceiteragi, seu Scubaregi: Itali, Lepidio: Germani, Gauchblum und Wildertrief: Galli, Passerage sauvage, & Nasitort sauvage: Hispani, Nasturtio montefino. Lepidium Paulo Aegineta, & Plinio: posterioribus Gracis de alior: Itali, Piperite & Peperella: Galli Passerage, sive Pozuree: Germanis, Psiffertaut.*

I. Iberis folio Nasturtii C.B. Iberidis figura bis à Matthiolo posita, primum quidem ad calcem libri primi, dein hoc loco: verum cum diversas icones habeat, aliam inter minores, qualis est ea quam I. 1. invenies: aliam foliis Nasturtii inter majores icones, idcirco talem in hunc locum rejecimus. II. Lepidium latifolium, quod *λεπιδας* seu squammas & maculas faciei delectat. C.B. Piperitis, Brunf. Dod. gal. Lon. Lepidium sive Piperitis Trag. Matt. Cam. Lepidium Aeginetæ & Plinii, Matt. in icon. Lug. Lepidium majus, Cor. in Dios. Lepidium sive Hiberis major, Cord. hist. Lepidium magnum, Fuch. icon. Lepidium Plinii, Cam. Dod. fol. Lepidium Aeginetæ, Gef. hort. Tab. Raphanus sylvestris officinarum, Lobelo.

RANUNCULUS.
CAP. CLXXI.

Complura Ranunculi genera, vis tamen omnibus una acris, & vehementer exulcerans. Nam unum coriandri foliis constat, latioribus, subalbidis, pinguibus, flore luteo, interdum purpureo: caule gracili, cubitum alto: radice alba, exigua, amaraq; multis capillamentis, hellebori modo, fibrata: nascitur in limitibus humidis. † Alterum lanuginosius, longiori caule, pluribus foliorum incisuris, plurimum in Sarculis.